poralem reseruntur vindictam. Ueruz qr sepe quibus non competunt flagella ieiunia conueniunt: ⁊ quibus ieiunia nõ possunt conuenire verbera essent minus cõuenientia: ideo inter ista duo posuit disiũctiuam. Si vero expedire viderit abbas improbo ⁊ minus intelligẽti que sit excõmunicationis pena: vtrãq; penaz infligere. s. verbera ⁊ ieiunia potest: vt magis lasciuientis carnis superbia dometur ⁊ elationis motus plenius comprimentur.

Duo in istructione puerorum attendẽda.

¶ Est autem hic notandũ ꝙ circa instructionem puerorꝫ duo sunt precipue attendenda. Primo quidem vt exerceantur ĩ bonis laboribus. Secundo vt corrigãtur ⁊ castigentur ab excessibus. Est autez specialiter timenda ⁊ cauẽda ociositas in iuuene. Unde inter abusiones claustri numeratur iuuenis ociosus. Ubi ſm Hugonem de sancto victore large dicitur iuuenis: non solum qui est in adolescentia sed etiam qui est in etate matura. Sunt ergo exercitandi sanctis laboribus quadruplici ratione.

Iuuenes exercitandi sũt laborib⁹ quadruplici rõe.

¶ Primo qr hec etas discipline laboribus est congrua: treñ. iij. Bonũ est viro cum portauerit iugũ. s. discipline ab adolescẽtia sua. De quo ĩ psalmo: In quo corrigit adolescentior viam suã in custodiendo sermones tuos. ¶ Scdo quia etas illa doctrine ⁊ assuefactioni ẽ idonea Unde in tali iuuentute domantur equi ⁊ tunc ambulationi assuescunt. In senectute aũt nõ sunt susceptibiles taliũ.

Elegans hieronymi snia.

Hieronymus in epistola. lxxxvij. ait: Cũ in tenera etate facilius sancte conuersatõis vsus inolescat optimi ad institutionẽ primi ãni habent in se lentum quid ⁊ mole ⁊ qd̃ facile formari queat ⁊ ad arbitriũ volẽtis trahi. Et ponit exempluz de arbusculis que in quãlibet partez possunt flecti: ⁊ tenera animalia sine labore solẽt domari. Et seqtur idem penitus solet inherere sensibus quod prius sederat dum mobilis est etas ⁊ animus duci exercenda est boni consuetudo. Consimilia exempla ponit Anselm⁹ in libro de similitudinibus ꝙ mollis cera recipit imaginem sigilli ⁊ retinet eandem cum est indurata. Et ideo prouerbiorum xij. dicitur. Adolescens iuxta viam suam cum senuerit non recedet ab ea. Et cõmuniter dicitur: Quod noua testa capit ĩueterata sapit: vt ait Augustin⁹. ¶ Tertio etas iuuenilis est exercitanda bonis studijs quia est etas prona ad leuitatem. Sẽsus ⁊ cogitatio hominis prona est ad malum ab adolescentia sua. Unde ambrosi⁹: Iuuentus est ad amorem liberior: ad lapsum incautior: ad infirmitatem fragilior: ⁊ ideo onere virtuosi laboris stabilienda est ⁊ nutrienda iuuentus. Maturitatem enim quam in senibus facit etas: in iuuenibus debet facere huiusmodi bonorum morum ⁊ studiorum grauitas.

Nota dictuz Ambrosij.

¶ Quarto quia in iuuenibus corpus est in suo robore ⁊ sanguis in feruore. Unde nisi corpus opprimatur onere alicuius sancti laboris: dominari vult spiritui ⁊ nõ seruire. Unde iuuenibus necessaria ẽ virga correctionis ⁊ onus laboris: eclesiastici. xxxiij. Libaria ⁊ virga ⁊ onus asino: panis ⁊ disciplina ⁊ opus seruo: corpori scilicet ad seruiendum spiritui dato. Hugo de sancto victore: Iuuenis in ocio quasi iuuencus sine iugo. Secundo pueri siue iuuenes debito modo sunt castigandi et disciplina congrua corrigendi de excessibus: prouerbio. xxiij. Noli subtrahere a puero disciplinam. Si enim percusseris eum cum virga non morietur. Tu virga percute eum ⁊ animam eius de inferno liberabis. Itez ecclesiastici. xxx. Curua ceruicem eius ĩ iuuẽtute ⁊ tonde latera eius dum infans est: ne forte induret ⁊ non credet tibi: ⁊ erit tibi dolor anime.

Necessaria adolescentib⁹ omnino correctio.

¶ Capitulũ. xxxj. regule d̃ cellerario monasterij qualis sit.

Cellerari⁹ monasterij eligatur de congregatione sapiens: maturus moribus sobrius nõ multum edax: non elatus: nõ turbulẽtus: nõ iniuriosus: nõ tardus: nõ ꝓdigus: sed timens deũ qui omni ꝯgregationi sit sicut pater. Curã gerat d̃ oĩbus: sine iussione abbatis nihil faci-

at: que iubent custodiat: fratres nõ contristet. Siqs autez frater ab eo forte aliquid irrationabiliter postulat: non spernendo eum ꝯtristet: sed rationabiliter cuz humilitate male petenti deneget: animã suã custodiat: memor semp illius aplici: quia q bene ministrauerit gradũ bonũ sibi acquirit. Infirmoꝝ infantũ hospitũ pauperũqz cũ oĩ sollicitudine curam gerat: sciens sine dubio quia ꝑ his oĩbus in die iudicij rationẽ redditurus est. Oĩa vasa monasterij cunctãqz substantiã ac si altaris vasa sacrata conspiciat: nihil ducat negligenduz. Neqz auaritie studeat: neqz ꝓdigus sit: aut extirpator substantie monasterij: sed oĩa mẽsurate faciat: ꝛ ꝑm iussionẽ abbatis. Humilitatẽ ante oĩa habeat: ꝛ cui substantia nõ est q̃ue tribuat: sermo responsionis porrigat bonus vt scriptũ est: Sermo bonus sup datum optimũ. Omnia q̃ ei iniunxerit abbas ipse habeat sub cura sua. A quibus eũ prohibuerit non presumat. Fratribus constitutã annonã sine aliquo typo vel mora offerat vt nõ scandalizent: memor diuini eloquij quid mereat qui scãdalizauerit vnũ de pusillis. Si congregatio maior fuerit solatia ei dent: a quibus adiutus ꝛ ipse equo animo impleat officiũ sibi cõmissum: horis competentibus dentur q̃ danda sunt ꝛ petantur que petenda sunt: vt nemo ꝑturbet neqz ꝯtristet in domo dei.

Scã doctrina.

j. thimo. iij.

matth. xxv.

Eccle. xviij.

matth. xviij.

Digna cõclusio.

¶ Tractatus. D. car. lxxxx. de qualitate ꝛ bonis conditionibus cellerarij.

Superius scũs pater Bñdi. egit qualis debeat esse abbas postea d̃ officijs diuinis. De inde de decanis ꝛ de sententijs iudicioꝝ: Nũc vero subiũgit de cellerario mõasterij eo q̃ si bonꝰ est multa inde prouenit vtilitas monasterio: sicut econtra si malus sit multa nocumenta et damna plurima inde sperãtur. Dicit ergo (Cellerariꝰ mõasterij eligatur de congregatione non ad libitũ ponat ab abbate sed cum cõsilio senioꝝ fratrũ timẽtium deum ꝛ discretoꝝ. Abbas illuz ordinet: scd̃m illud Actuũ. vj. Considerate viros ex vobis boni testimonij plenos spiritu sancto ꝛ sapiẽtia quos constituamꝰ sup hoc opꝰ: vbi vide laudabilẽ modũ ꝯstituẽdi officiales. Nõ eĩ subito ꝯstituẽdi sũt sz cũ deliberatiõe ꝛ ꝯsilio. Cõsiderate inquiunt apli q̃si dicant deliberate habete ꝯsiliũ. Itẽ nõ ꝯstituũt ad hoc sexũ muliebrẽ: sicut permittitur alicubi q̃ vetule vel cognate seruiũt aliquibus quod abominabile debz esse apud religiosos: ideo dicũt viros. Itẽ non extraneos sicut fit in q̃busdam monasterijs in quibus seculares cõstituunt: et ideo dicũt ex vobis. Item nõ quoscũqz viros sed famosos: boni inquiunt testimonij: scz sanctos ĩ veritate. Unde addunt plenos spiritu sancto scz sapiẽtes. Unde sequit: ꝛ sapiẽtia. Officiales eĩ qui habẽt cũ multis facere propter alios debent esse famosi q̃ habent occasiones multas peccandi nisi sanctitas eos retrahat debent esse sancti. Quia vero habẽt dispẽsare multa que sine sapiẽtia fieri bene non possunt requirit in eis sapientia: q̃ oĩa sanctus pater prosequit in presenti capitulo. Sequit (sapiens) id est prudens ꝛ intelligens (maturus) id est seuilis moribus (sobrius) id est tẽperatus (nõ multuz edax) id est deuorator (non elatus) id est per superbiã elatus (nõ turbulentus) veluti enĩ aer dicit turbulẽtus cũ non est serenus: ꝛ aqua cũ non est lũpida siue clara ita ꝛ homo dicit turbulentus cuius vultus obscurus est. i. non hylaris (Nõ iniuriosus) Iniuriosus dicit qui ad iniurias pronus est irrogandas ꝛ cõtumelias inferendas (non tardus) in largiendo. (non prodigus) id est nimis largus rerum pro-

Nota multũ referre: bonitatẽ cellerarij

Modus optimus eligendi officiales.

Quales oporteat eẽ bonos officiales.

Turbulẽtus.

Iniuriosus.

fusor: indiscretus dilapidator (sed timēs deū) quia beatus vir qui timet deū in mādatis eius volet nimis. Qui enī in religione ministrant solliciti debēt esse vt eomodo ministrēt vt ministrando deo placeāt cuius sunt ⁊ bona q̄ dispensant et familia cui ea dispensāt. Nō debēt aūt ea nec aua re retinere nec prodige expendere. Caue re debent a psonarū acceptione: distribuentes vnicuiq̄z sicut cuiq̄z opus fuerit sicut dicet infra in capitulo. xxxiiij. Sequit (Qui omni cōgregationi sit sicut pater) oēs diligendo de oibus paternalē curam habens. Unde sequit (Curā gerat de oibus) Uerū ne ex eo crederet cellarius sibi potestatē libere ⁊ indistincte traditā in oibus restrictionē subiūgit tradite potestatis: dependentiā illius ab abbate dicens: (Sine iussione abbatis nihil faciat) limites enī ⁊ terminos exercēde potestatis accipere debet ab abbate siue in scriptura quod securius esset: siue verbo (Et que iubent custodiat) id est adipleat (diligenter: fratres nō cōtristet. Si quis frater forte ab eo aliqua irratōabiliter postulat nō spernēdo eū contristet sed rationabiliter cū humilitate male petēti deneget. Aiam suā custodiat memor semper illius apostolici pcepti quia q bene ministrauerit gradum sibi bonū acqrit) pma ad thimo. iij. (Infirmorū infantū hospituz pauperūq̄z cū omni sollicitudine curā gerat sciēs sine dubio quia de his oibus in die iudicij rationē redditurus est. Oia vasa monasterij cunctāq̄z substantiaz ac si altaris vasa sacrata cōspiciat) Nō dicit equaliter sicut nec accipiendū est sed ꝓportionaliter qd̄ sicut vasa altaris fm merita siue dignitatis aut sanctitatis diligenter tractant aut custodiunt: sic alia vasa fm conditionē et ordinē deputationis ipsor officior suor diligenter tractent mundent cōseruent ⁊ custodiant. Sequit (Nihil ducat negligēdum: nec auaritie studeat) s. retinendo q̄ danda sunt ⁊ distribuēda. Augu. Maledictus dispensator auarus cui largus est dñs (Neq̄z prodigus sit ⁊ extirpator substantie monasterij) Inutiliter ⁊ absq̄z necessitate bona monasterij dispergēdo (sed oia mensurate faciat ⁊ fm iussionē abbatis sui) vt illi cōueniat qd̄ dicit Luce. xij. Fidelis seruus ⁊ prudens quē constituit dñs super familiā suā vt det illi in tempore triticimensurā (Humilitatem ante oia habeat) vt nō indignet aut ex cōditione iubentis abbatis vel ex cōditione fratrū ministeriū suscipientiū. Pro quo attēdere debet iussionē prelati iussionē esse dei: fm illud Luce. x. Qui vos audit me audit. Pro secūdo debet attendere q ministeriuz qd̄ exhibet fratri minimo christo exhibet: fm illud math. xxv. Quod vni ex minimis meis fecistis ⁊ mihi fecistis. christo aūt ministrare nulli est dedecus sed honor magnus: cū ille quo inter natos mulierum maior nō surrexit dicat se dignū nō esse vt soluat corrigiā calciamēti eius. Attendere etiā debet q̄z humile ministeriū christus exhibuerit iude pditori suo. Itē q angeli nō dedignant hoibus quātumcūqz vilibus ministeriū exhibere. Math. xviij. Uidete ne ꝓtēnatis vnū de pusillis istis. Angeli enī eor semp videt faciē patris q in celis est (Cui nō est ex substantia quod tribuat: sermo respōsiōis porrigat bonus: sicut scriptū est. Sermo bonus super donū optimū. Oia que iniunxerit ei abbas ipse habeat sub cura sua. A qbus eum ꝓhibuerit nō presumat) Sequitur (Fratrib⁹ cōstitutā annonā) id est victū ordinatū q quia antiquitus ad nonā ministrari solebat: ānona dicta est a nona (sine aliquo typo) id est sine tristitia aut timore verborū: aut murmure cū indecēti figura verborū. Augu. in regula: siue qui cellario: siue q vestibus: siue q codicibus ꝓponunt sine murmure seruiāt fratrib⁹ suis (vel mora offerat: vt nō scādalizent) id est sine tarditate notabili. Augu. in regula: Uestimēta ⁊ calciamenta quādo fiunt indigētibus necessaria dare nō differāt sub quorū custodia sūt q̄ poscunt (memor viuiui eloquij qd mereat q scandalizauerit vnū de pusillis) bene dicit pusillis id est paruis aīo qz q magn⁹ est nō potest moueri de facili. Quid aūt mereat scādalizator pusillorū. habet mathei xviij. vbi dñs ait: Qui scandalizauerit vnū de pusillis istis q in me credūt expedit id est leuius est ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius ⁊ demergatur in profunduz maris. glosa: quia multum melius est pro

Quare debet esse sollicitus dispensator.

Notent cellarij.

Quāta diligētia trande sūt res monasterij.

Humilitatez maxie debet habere cellarius ꝓpter duo.

Exēpla ne dedignemur. cuilibet ministrare.

Annona.

Magni non scandalizant

culpa breuem suscipere penam q̃z eternis seruari cruciatibus. Non eniz iudicabit deus bis in idipsum. Sequitur (Si congregatio maior fuerit solatia ei dentur) id est adiutoria per aliquos qui iuuent illum (et a q̃bus adiut⁹) id est (vt ipse equo animo) tranquillo pacato ⁊ hylari (impleat officium sibi cõmissum) ¶ Ubi nota q̃ non est ſm regulaz vt multi sint principales bona monasterij dispensantes. Unus sit principalis quẽ si necesse est aliqui adiuuent. Ille v̄o non solũ cõuentus sed infirmorum hospitũ pauperũq̃z curaz gerere debet ⁊ omnia vasa monasterij custodire sicut dictum est. Unde a puritate regule videtur deuiatum esse in multis monasterijs vbi occasione infirmorũ pauperũ hospitum ⁊ eorũ que ad elemosynã pertinẽt multiplicati sunt dispensatores bonorum monasterij q̃bus nõ solũ bonorũ temporalium dispensatio: sed etiam quodãmodo dominatio data est vel permissa vt bona illa dispensent non ſm abbatis iussionez sed ſm suam voluntatẽ ⁊ vt nõ solũ de illis officiũ sibi iniunctũ adimpleant: sed etiaz sibi prouideant ⁊ abundanter vel prodige alijs procurent vel auare sibi custodiãt In cõgregatione cui saluator prefuit vn⁹ fuit dispensator ⁊ ille latro fuit. Unde d̃r de eo Joannis.xij.q̃ fur erat ⁊ loculos habẽs. In multis v̄o monasterijs sicut multiplicati sunt bonorũ temporaliũ dispensatores ita ⁊ multiplicati sunt latrones. Sicut enim iudas ea que danda erant pauperibus dabat vxori ⁊ filijs: sic sepe tales que danda essent christi pauperibus dant attinentibus sibi: ⁊ sicut sunt similes iude in culpa: sic frequenter similes fiunt ei in pena. Sequit̃ (Horis competẽtibus dent̃ que danda sunt et petantur que petenda sunt vt nemo perturbetur nec contristet̃ in domo dei) Sensus est: Horis conueniẽtibus congruis ⁊ ad hoc deputatis dent̃ que danda sunt ab officialibus: et petant̃ ab alijs que petenda sunt. Non sunt autẽ hore competentes ad petendũ necessaria hore nocturne: hore silentij: hore quibus fratres psalmodie vel lectioni vacãt. Unde illis horis nisi necessitas iminens aliud exigat supersedendum est ab huiusmodi ne scilicet officiales contristẽt monachos volendo dare que dande sunt horis incõpetentibus: et officiales contristentur a monachis petendo horis non congruis. Unde etiam Augustinus ait in regula: qui extra horam petierit nõ accipiat. Domus autem dei appellat̃ hic monasteriuz quia in eo deo viuitur vno animo consensu et vna voluntate: ſm illud psal.liiij. In domo dei ambulabimus cum consensu: id est concorditer et vnanimiter: sicut de primitiua ecclesia dicitur actuũ.iiij. Erat eis cor vnum ⁊ anima vna in dño. Item psal. Deus q̃ in habitare facit vnanimes in domo.glosa: id est vnum sentientes colligit in vnum.

Nota contra multitudinez dispẽsatorum ⁊ corruptelã ĩ monasterijs.

Nota.

Hore incõpetentes.

Domus dei.

¶ Capitulũ.xxxij.regule de ferramentis vel rebus monasterij.

Substantia monasterij in ferramentis: vel vestib⁹ seu quibuslibet rebus ꝓuideat abbas frẽs de quoruz vita ⁊ morib⁹ securus sit: ⁊ eis singula vt vtile iudicauerit ꝯsignet custodienda atq̃z recolligẽda. Ex q̃bus abbas breuẽ teneat: vt duz sibi in ipsa assignata fratres vicissim succedunt: sciat q̃d dat aut q̃d recipit. Siquis aũt sordide aut negligẽter res monasterij tractauerit corripiatur. Si non emendauerit disciplinę regulari subiaceat.

De hac mã inde ꝓpulsie ĩ regula basilij c. lvij

¶ Tracta.D.car.xcj.de custodia rerum monasterij ⁊ diligentia circa eas.

Postq̃z de cellario qualis esse debeat sanctus pater instituit Nunc de alijs officialib⁹ subiungit quibus res speciales veniunt cõmittende: vtputa de custode ferramẽtorum cuiusmodi sunt fossoria secures dolatoria ⁊ aliarum rerũ similium monasterij. Et diuiditur in duas partes presens capitulum. In prima ponitur q̃ res monasterij consignentur fratribus vita ⁊ moribus compositis ad cu-